UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 vtrum vti suspensionibus sacrorum verborum ad collum, sit licitum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

tamen figura ē actionis naturalis cóprincipium, & diſpoſitio ad formam, quæ eſt naturalis actiōis principium. Nam ſicut figura hominis, eſt conſequens formam hominis, ita ſimilis figura eſt diſpoſitio in materia ad ſuſcipiēdum formam hominis:& figura cuiuſcumque organi naturalis,puta, cordis, epatis, manus &c. inter diſpoſitiones sūt ad formas organicas, & ad operationes,non quatenus figuræ, ſed quatenus terminationes quædam corporum naturalium: iō nihil prohibere uidetur,quin figura quę humano miniſterio terminare ponitur tale corp⁹ ſub tali ſidere,ſit uelut quædam ſecunda ſtella,propter conformitatem ad tale ſid⁹. Non enim negari poteſt,quin figuræ quędam cęlo appropriētur, & quin occulti ualde ſint nobis modi cæleſtis influxus. Signum quoque cæleſtis conformitatis eſt,quòd aiunt imaginem ſub leone factā prodeſſe non omnibus hominibus, ſed leoninis. Et ſic de aliis, tanquam oporteat actiones fieri in patiente propotionato. Rationes ergo in litera allatæ concludunt intentum de corporibus artificialibus, inquantum artificialia ſunt, ſic enim nihil habent a cælo.

¶ In reſponſione ad tertium, nota radicem quare omnis ſocietas cum dæmone ex ſuo genere ē mortale peccatum: quia ſcilicet eſt cum hoſte iam indicto bello a principe uniuerſi inter nos,& dæmones.

¶ Super quæſt. nonageſimaſexta articulum tertium.

IN artic.3. intellige titulum ex exemplis allatis in litera, argumentando in oppoſitum, & aduerte ꝙ huiuſmodi obſeruationes ſi fiant ex conſuetudine patrię, ut Romæ oportet ꝓpriū tangere naſum, cùm proximi corporis bōa ualetudo lau

Articvlvs III.

Vtrum obſeruationes, quæ ordinantur ad præcognoſcendum aliqua fortunia, uel infortunia, ſint illicitæ.

AD tertivm ſic proceditur. Videtur, quòd obſeruatiōes, quæ ordinantur ad præcognoſcēdum aliqua fortunia, uel infortunia non ſint illicitæ. Inter alia.n. infortunia hominum ſunt etiam infirmitates: ſed infirmitates in B hominibus quædam ſigna præcedunt, quę etiam a medicis obſeruantur. ergo obſeruare huiuſmodi ſignificationes non uidetur eſſe illicitum.

¶ 2 Præt. Irrationabile eſt negare illud, quod quaſi communiter omnes experiuntur: ſed quaſi oēs experiuntur, ꝙ aliqua tempora, uel loca, uel uerba audita, uel occurſus hominum, ſiue animaliū, ſiue diſtorti, aut inordinati actus, aliquod præſagium habent boni, C uel mali futuri. ergo obſeruare iſta non uidetur eſſe illicitum.

¶ 3 Præt. Actus hominum, & euētus ex diuina prouidētia diſponūtur ſecundum ordinem quendā, ad quem pertinere uidetur, quòd præcedentia ſint ſubſequentium ſigna. Vnde ea, quę antiquis patribus contingerūt, ſigna ſunt eorū, quę in nobis cōplentur, ut patet per Apoſtolum 1. ad Corinth. 10. Obſeruare autem ordinem ex diuina prouidentia procedentē nō eſt illicitum. ergo obſeruare huiuſ D modi præſagia non uidetur eſſe licitum.

Sed contra eſt, quod Aug.* dicit ī 2. de doct. chriſt. ꝙ ad pacta cum dæmonibus inita pertinent milia inanium obſeruationū, puta, ſi membrum aliquod ſalierit, ſi iūctim ambulātibus amicis, lapis, aut canis, aut puer medius īteruenerit, limen calcare, cū añ domū ſuā aliqs tranſit, redire ad lectū, ſi quis cū ſe calceat, ſtrenutauerit, redire domum ſi procedēs offen E derit, cū veſtis a ſoricibus roditur, plus timere ſuperſtitiones mali futuri, quā pręſens damnū dolore.

Respon. Dicendum, ꝙ hoīes hmōi obſeruationes attendunt, non ut quaſdam cās, ſed ut ſigna quędam futurorum euētuum bonorum, uel malorū. Non obſeruātur aūt ſicut ſigna a Deo tradita, cū nō ſint introducta ex authoritate diuina: ſed magis ex uanitate humana, cooperante dęmonū malitia, qui nitūt aīos hominū hmōi uanitatibus implicare. Et iō manifeſtum eſt, omnes hmōi obſeruatiōes eē ſuperſtitioſas, & illicitas. A Et uidentur eſſe quędā reliquiæ idolatriæ, ſm q̄ obſeruabant auguria, & quidam dies fauſti, uel infauſti, quod quodammodo ꝑtinet ad diuinationē, q̄ fit ꝑ aſtra, ſm quæ diuerſificantur dies. Vr̄ ergo quòd huiuſmodi obſeruationes ſint ſine ratione, & arte: vñ ſunt magis uanæ, & ſupertitioſæ.

Ad primvm ergo dicendū, quòd infirmitatum cauſæ præcedunt in nobis, ex quibus aliqua B ſigna pręcedunt futurorum morborum, quæ licite a medicis obſeruantur. Vnde & ſiquis pręſagium futurorum euentuum conſideret ex ſua cā, non erit illicitū, ſit ſi ſeruus timeat flagella uidēs iram domini ſui. Et ſimile ēt eſſe poſſet, ſiquis timeret nocumētū alicui puero ex oculo faſcinãte, đ quo dictum* eſt in li. Sic aūt non eſt in huiuſmodi obſeruationib.

Ad secvndvm Dicendū, ꝙ hoc ꝙ a principio in iſtis obſeruationibus aliquid ueri homines C experti ſunt, hoc accidit caſu: ſed poſtmodum cùm homines incipiunt ſuum animū hmōi obſeruantiis īplicare, multa ſm hmōi obſeruationes eueniunt per deceptionem dęmonum, ut in his obſeruationib. homines implicati, curioſiores fiant, & ſe magis inſerant multiplicibus laqueis pernicioſi erroris, ut Aug. dicit* 2. de doct. chriſt.

Ad tertivm Dicendum, ꝙ in populo Iudæorū, ex quo Chri D ſtus erat naſciturus, non ſolum dicta, ſed ēt facta fuerunt prophetica, ut Aug. dicit* cōtra Fauſtum, Et iō licitum eſt illa facta aſſumere ad noſtram inſtructionem, ſicut ſigna diuinitus data. Non autem omnia quę aguntur per diuinam prouidentiam, ſic ordinantur, ut ſint futurorum ſigna, unde ratio non ſequitur.

Articvlvs IIII.

E *Vtrum ſuſpendere diuina uerba ad collum ſit illicitum.*

AD qvartvm ſic procedit̄. Vr̄, ꝙ ſuſpendere diuina uerba ad collū non ſit illicitum. Non.n. diuina uerba minoris sūt efficaciæ cum ſcribunt̄, q̄ cū ꝓferuntur: ſed licet aliqua ſacra verba dicere ad aliquos effectus, puta ad ſanandū infirmos, ſicut. Pater noſter, uel Aue Maria, vel qualitercumq. nomē domini inuocet̄ ſecūdū illud Marci ult. In nomine meo eiicient dæmonia, linguis loquentur nouis, ſerpētes tollēt: ergo vr̄ ꝙ licitum ſit aliqua ſacra ſcripta collo ſuſpēdere in remediū infirmitatis, vel cuiuſcumq. nocumēti.

datur, & dicere, Angelus ſanctus audiat. Et hoc paſſim a mulieribus fit & quādo ex quacumque leuitate, uel timore ſimplici corde fiunt, putantes ſe non male facere, ſed uane, forſan, nō ſunt ſuperſtitionis, ſed uanitatis rei qui hæc ſeruant. Multo magis excusātur a ſuperſtitionis uitio, q ex timore, ne ex cęleſti influxu pręueniēs ſiniſtrū aliqđ ſit coeffectus alteri⁹ futuri mali: ut ſi timeat caſum in mane ſignum depreſſionis futuræ ex cómuni cā cæleſti. Et breuiter cōiter hæc venialia uidentūr peccata, ut ſuperius de diuinatiōibus, & auguriis, & cęteris dictū eſt, qñ ſuperflu⁹ ē timor aut irrationabilis. i. par. q. 117. ar. 3. ad 2.

¶ Super quæſt. nonageſimęſextę articulum quartum.

IN art. 4. eiuſdē 96. q. aduerte, ꝙ multa obſeruantur in his, q̄ pro Dei reuerētia agūtur, q̄ ſuperſtitioſa apparent, & tñ ſunt: & dicunt ſe excuſari qa habent talē deuotionē. Verbi gratia. Patientes contractionem neruorum, accipiunt primum carlinum oblatum Crucifixo in paraſceue cū adoratur, & ex eo fit anulus, qui geſtatus valet cōtra illā paſſionem. Dñt ꝙ habent deuotionem ad hoc, quia ſic didicerunt, & experiuntur. Ego neſcio hos excuſare a uanitate, niſi putet quis expertus effectū ex deuotione, ꝙ Deus alicui ſancto viro hoc inſpirauerit. Sicut hodie, qa Gre. triginta diebus orari fecit pro defuncto, miſſæ numero triginta dicūtur pro defuncto. Videntur ergo ſimplici corde ſimilia credētes, & faciētes ex deuotione, excuſandi: quia nō peccāt, aut venialiter tātū, ex quo principale, puta, ꝙ diuina aſſiſtat virtus, poteſt ſuſtineri

Li. 2. ca. 23. paulo a pri. to. 3.

Li. 4 c. 2. & li. 22. ca. 24. to. 6.

quol. 12. ca. 14.

ſtineri: licet neſciant aliam reddere rationem, quare has conditiones, quæ uanæ ſunt, obſeruant, niſi quia ſic acceperunt a maioribus. Difficile eſt enim confutare, duod ſeniorum traditione, & authoritate firmatum, uulgares acceperunt. Non ſunt tamen hæc extēdenda: ſed prudenter declaranda, ubi fructus ſperatur, ne deteriora eueniant. Videntur.n.hæc ſic ſimplici corde ex deuotione facta, ualde imfecte ſuperſtitionem ſapere. Sicut mendacium iocoſum imperfectum eſt in genere peccati in proximū.

In lib. 50. Hom. Ho. 26. ante medium, to. 10.

¶ 2 Præt. Verba ſacra non minus operantur in corporibus hominum, quàm in corporibus ſerpētum, & aliorum animalium: ſed incantationes quandam efficaciā habent ad reprimendum ſerpentes, uel ad ſanandum quædam alia animalia, unde dicitur in Pſal. 57. Sicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet uocem incantantium „& uenefici incantantis ſapienter. ergo licet ſuſpendere ſacra uerba ad remedium hominum.

¶ 3 Præt. Verbum Dei non eſt minoris ſanctitatis, quàm reliquiæ ſanctorum. unde Aug.* dicit, ꝙ non minus eſt uerbum Dei, quā corpus Chriſti: ſed reliquias ſanctorum licet homini collo ſuſpēdere, uel qualitercumque portare ad ſuam protectionem. ergo pari ratione licet homini uerbo, uel ſcripto, uerba ſacræ ſcripturę ad ſuam tutelam aſſumere.

Homi. 43. in Matt. in opere imperfecto a medio illius to. 2.

Sed contra eſt, qđ Chryſo.* dicit ſuper Matth. Quidam aliquā partem Euangelii ſcriptā circa collū portant: ſed nonne quotidie Euangeliū in Eccleſia legitur, ut audiatur ab omnibus? H Cui ergo in auribus poſita Euāgelia nihil proſunt, qūo poſſunt eū circa collum ſuſpenſa ſaluare? Deinde ubi eſt uirtus Euangelii? In figuris literarum, an in intellectu ſenſuum? Si in figuris, bene circa collum ſuſpendis. Si in intellectu, ergo melius in corde poſita proſunt, quàm circa collum ſuſpenſa.

Respon. Dicendum, ꝙ in omnibus incantationibus, uel ſcripturis ſuſpenſis duo cauenda uidentur. Primo quidem, quid ſit quod profertur, uel ſcribitur: quia ſi eſt aliquid ad inuocationes dæmonū pertinens, manifeſte eſt ſuperſtitioſum, & illicitum. Similiter etiam uidetur eſſe cauendum, ſi contineat ignota nomina: ne ſub illis aliquid illicitum lateat. I Vnde Chryſ.* dicit ſuper Matth. ꝙ Phariſæorum magnificantium fimbrias ſuas exemplo, nunc multi aliqua nomina hebraica angelorum, confingunt, & ſcribunt, & alligant: quæ non intelligentibus metuenda uidentur. Eſt ēt cauendum ne aliquid falſitatis contineat: quia ſic eius effectus non poſſet expectari a Deo, qui non eſt teſtis falſitatis. Deinde cauēdum eſt ſecundò, ne cum uerbis ſacris contineātur aliqua uana, puta, aliqui characteres inſcripti pręter ſignum crucis. Aut ſi ſpes habeatur in modo ſcribēdi, aut ligandi, aut in quacumque huiuſmodi uanitate, quæ ad diuinam reuerentiam non pertineant: quia hoc iudicaretur ſuperſtitioſum, alias autem eſt K licitum. Vnde in Decretis* dicitur 26.q.5.c. Non liceat chriſtianis &c. nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales ſunt, aliquas obſeruationes, aut incantationes licet attendere, niſi tantum cum ſymbolo diuino, aut dominica oratione, ut tantum creator & Deus omnium adoretur, & honoretur.

Homil. 43. in opere imperfecto, a medio, tom. 2.

26.q.5. cap. Non liceat

Ad primum ergo dicendum, quòd etiam proferre diuina uerba, aut inuocare diuinum nomen, ſi reſpectus habeatur ſolum ad Dei reuerētiam, a qua expectatur effectus, licitum erit. Si uerò habeatur reſpectus ad aliquid aliud uane obſeruatum, illicitum erit.

Ad secundum dicēdum, quòd etiam in incantationibus ſerpentum, uel quorumcunque animalium, ſi reſpectus habeatur ſolum ad uerba ſacra, F & ad uirtutem diuinam, non erit il[...] rumque tales incantationes haben[...] tias, & per tales dæmones ſortiunt[...] cipue in ſerpentibus: quia ſerpens fu[...] monis inſtrumentum ad hominem [...] Vnde dicit* gloſ. ibidem. Notandum [...] datur a ſcriptura, undecumque da[...] ſimilitudo, ut patet de iniquo iudice, [...] uiduam uix audiuit.

Ad tertium dicendum, quod [...] ratio eſt de portatione reliquiarum [...] ex fiducia Dei, & ſanctorum, quorum [...] non erit illicitum. Si autem circa hoc [...] aliquid aliud uanum, puta, quòd uas [...] re, aut aliquid aliud huiuſmodi, quod [...] ret ad reuerentiam Dei, & ſanctorum, [...] G tioſum, & illicitum.

Ad quartum dicendum, quod [...] tur quando reſpectus habetur magis a[...] ptas, quàm ad uerborum intellectum.

Quaestio XCVII.

De Tentatione Dei, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde cōſiderādum eſt de uitiis religiōi oppoſitis per religiōis defectū, quæ manifeſtam habent contrarietatem ad religionem, unde ſub irreligioſitate continentur. Hmōi aūt ſunt ea, quæ pertinent ad contemptum, ſiue ad irreuerentiam Dei, & rerū ſacrarum. Primò ergo conſiderandum eſt de uitiis, q̄ pertinent directe ad irreuerentiā Dei. Secundò, de his quæ ꝑtinent ad irreuerentiā ſacrarum rerum.

¶ Circa primum conſiderādū occurit de tentatione, qua Deus tentatur: & de periurio, in quo nomē Dei irreuerenter aſſumitur.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, In quo conſiſtit Dei tētatio.

¶ Secundò, Vtrum ſit peccatum.

¶ Tertiò, Cui uirtuti opponatur.

¶ Quartò, De comparatione eius ad alia uitia.

Articvlvs primvs.

Vtrum Dei tentatio conſiſtat in aliquibus factis, in quibus ſolius diuinæ poteſtatis expectatur effectus.

Ad primum ſic proceditur. Videtur, quòd tentatio Dei non conſiſtat in aliquibus fa[...] ctis, in quibus ſolius diuinæ poteſtatis expectatur effectus. Sicut [...] n. Deus tentatur ab hoīe, ita ēt hō tentatur & a Deo, & ab hoīe, & a dæmone: ſed nō qualitercumque tentatur homo, expectatur aliqs effectus poteſtatis ipſius. ergo ēt neq; ꝑ hoc ꝙ De⁹ tētatur, expectatur ſol⁹ effectus poteſtatis ipſius.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN